

Sunt hæc idèò summâ diligentia à nobis ad-
iecta & huc inserta, ut si quis siue per incuriam
sui ipsius, siue per malitiam alterius intoxicatus
fuerit, cognita veneni specie alexiterium conse-
ctum hinc peti queat, cum pleraq; venenorum e-
numeratorum præsens, promptum ac festinum
protinus remedium expetant, ac Medicus non
semper ad manum sit, cuius consilio intoxicatus
confestim uti queat. Maxime autem euenit in-
fantes venenorum periculis exponi, cum obuia
quaq; ori ingerant, ac sine dolectu pura æquè at-
que impura vel lingant, vel omnino absorbeant.
Vnde venenorum aliquâ cautelam ac præceptionem
quadam, qua ratione eorum præcipua demolien-
da, expellenda, vel annihilanda vel eorum vis ad
tempus saltem, donec debita medicatio præstetur,
necessario subiiciendam esse arbitrati sumus.



CA P V T N O N V M.

De Ponderibus & Mensuris

Medicis.

RESTE sanè hucusq; communis Philosophorum
schola omnia pondere, numero, & mensura
contineri docuit; hac enim agendorum sunt quasi
E quid

quidam limites ac regule, quibus ea, quæ præstanda sunt ad iustitiam & æquitatem pensantur, adeo ut his vel posthabitis, vel neglectis in medicina facienda periculi plenus labor sit futurus, cum cuiusq; medicamenti vis & energia ad subiecti seu patientis ægri vires aut tolerantiam comparatione factâ horû adminiculo elicienda debita dosi causa trutinetur, ne aut medicamentû proportionis suæ per defectum fraudatû, ac in minori quàm par est quantitate exhibitum effectû à se expectato frustretur, aut in eiusdẽ proportionis excessu porrectum corpus vel ledat, vel omnino pessundet.

Inchoantur autẽ pondera à minutionibus tantû à partibus totum constructuris, è granis enim scrupuli, ex his drachmæ, hinc uncie, ac tandem libræ consurgunt, habentq; se scrupuli instar literarum, drachmæ instar syllabarum, uncie instar dictionum, libræ instar orationis, unde cum Fannius Poetias notasset tot uncie inesse scrupulos, quod Alphabetum Græcum literas continent, nempe viginti quatuor, tali id metro expressit.

Vncia fit drachmis bis quatuor, unde putandum,

Grammata dicta quod hæc viginti quatuor in se.

Vncia habet; tot enim formis vox Græca notatur,

Horis quot mûdus peragit noctemq; diẽq;
Gra-

Granum autem σιτάειον dictum, minimum pondus est, quo utimur, albi piperis granum pondere adæquans, eius viginti scrupulum, sexaginta drachmam constituunt.

Siliqua κεῖριον, pendit grana quatuor.

Obulus ὀβολός, pendit grana decem, seu scrupulum dimidium.

Scrupulus γράμμα, seu διαβάλλον, pendit obulos duos, seu grana viginti.

Drachma δραχμή, seu δίαβολον nostra, Attica, Græca, pendit grana sexaginta, seu tres scrupulos, & est octava pars uncie.

Aureus Arabum, & Denarius Romanus, pendit drachmam unam, & insuper septimam, eius partem $\frac{2}{3}$ circiter grana novem, unde tres Denarii tetradrachmam, & septem denarii vel Aurei constituunt unciam.

Sicilius pendit drachmas duas.

Sextula pendit quatuor scrupulos.

Duella pendit octo scrupulos.

Uncia ὑγία ἡμιδραχμῶν duodecima pars libræ, constat drachmis octo, denariis septem, Idem pendit Oxybaphon Galeno.

Sescuncia seu sescunx, uncia una & semis, octava pars libræ, idem pendit faba Alexandrina.

Sextans ἑξήκοντα sexta pars libræ, due uncie. (bra.

Quadrans tres uncie, τέταρτον quarta pars li-

Triens quatuor uncie, τρίτον tertia pars libræ.

Quincunx, uncie quinq̃.

E 2. Sē.

Semis vel semissis, id est dimidium assis, uncia sex, ἡμίλιτρον.

Septunx uncia septem.

Bes vel Bessis, quasi bis triens, uncia octo.

Dodrans uncia nouem, demitur quadrans.

Dextans uncia decem, demitur sextans.

Deunx uncia undecim, demitur uncia.

As vel Assis, uncia duodecim, seu libra Romana drachmarum 96.

Libra triplex. Pondo triplex est. Publica seu Zygotatica. seu Civilis, pendit uncia sedecim, drachmas 128. dicitur & μνᾶ seu Mina Medica, Item Attica & Egyptia seu Alexandrina teste Gal. κατὰ γένιν in Emplastro Here, & Emplastris viridibus Andromachi. Mina Gracorum 100, drachmarum.

Medicinalis, quæ & Romana & As, duodecim uncias, denarios 14, drachmas 96 pendit, & hæc est Officinis usitata.

Dioscorides ἡμίλιτρον ἔχει ὑγίαν 1 β & Galenus ἡ μὲν γὰρ λίτρον δραχμας εἰς ἀγχι πέντε τοῖς ἑννεύκοντα.

Marca continet uncias octo, seu sedecim lotiones, & hæc utuntur aurifabri. Bes Romana libra.

Notan-

Notantur autem pondera

his signis.

Gr. gr.	DESIGNAT.	Granum.
℥. S. vel ℥.		Dimidiū Scrupulum.
℥. i.		Scrupulum.
℥. i.		Drachmam.
℥. S.		Vnciam dimidiam.
℥. i.		Vnciam.
℔. S.		Libram dimidiam.
℔. i.		Libram.
M.		Manipulum.
N.		Numerum.
P.		Pugillum.
ANA.		Æquale pondus autem mensuram, duorum vel plurium medica- mentorum.

Consultius autem omnino est in definiendis aut
prescribendis medicamentorum formulis, ac sig-
nando numero, priscorum Romanorum notis uti,
quæ sic pinguntur: I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII.
IX. X. XI. XII. &c. quam aliis Cyplicarum cha-
racteribus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. sic enim ob-
notarum diuersitatem non tam facile error com-
mittitur, qui characterum similitudine forsan
subreperere posset, cum 3. drachmam pondus desig-
net, itemq. numerum ternarium.

E 3

Men-

Mensuræ Liquidorum.

Libra Civilis seu publica tantundem pendit, quantum dimidia vini mensura Augustana, quæ capit uncias sedecim, nam integræ mensura nostra bilibralis est, & pedit uncias triginta duas.

Hemina Italica, est dimidius Sextarius, Atticus & pendit uncias mensurales novē, tantundē quoque pendit Cotyla Attica, dicitur & Hemixeston. Vide Gal. ἀνάληξιν cap. de ijs quæ Crito conscripsit. Cotyla Italica, est libra mensuralis, seu duodecim uncia. Gal. teste δ' ὀγδοεκάωνς.

Sextarius Atticus ὀξέλης Italικός ἡ ποματικός, continet duas heminas, seu uncias decem & octo, id est, dimidiam mensuram Augustanam, & insuper duas uncias.

Chœnix, sextarij duo, mensura Augustana & quatuor uncia.

Chus, χῆς, Chœnices dua, due mensura Augustana, & octo uncia.

Congius sex sextarios continet, id est tres mensuras Augustanas, & 12. uncias.

Bicongius duodecim sextarios, id est sex mensuras Augustanas, & viginti quatuor uncias continebat. Talis dictus fuit Ciceronis filius.

Tricongius, erant decem mensura Augustana, & insuper quatuor uncia.

MEDI.